FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an Georg Melchior v. Ludolf.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

London-Islington, 19.12.1695

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-242143

Visual Library

C 1449 84 39

Charissimo Fratri suo G. M. L. HWL s. D. P.

Vix credideris quantos cruciatus pertulerim postquam gratissimas
tuas d. 12. Septembr. datas accepi. Humillima tamen veneratione
paternam osculor manum, quae amore plenis ejusmodi
correctionibus docere solet, vitam hanc transitoriam magis magisque
spernere, mentemque nostram prorsus devovere perenni illi
beatitudini, quae sine mortificatione corporis, atque extirpatione
carnalis ac mundanae concupiscentiae obtineri non
potest. Inter alia, hoc quoque beneficium mihi exortum
est ex gravi morbo cum quo corpus meum toto fere
praeterito anno conflictatum est, quod liberatus sim
a variis sollicitationibus, quae retrahere me conabantur
in occupationes non minus contrarias genio meo, quam
isti scopo, quem quilibet proponere sibi debet, qui dignitatem,
cui homo ab omnipotente creatore destinatus est,
nec ignorat nec vilipendit. Quanquam proh dolor paucissimi
debito modo quaerant istam felicitatem, quam fidelis
anima â terrena spurcitie purgata adipiscitur, ex illa
cum Deo unione, quam Salvator noster merito suo nobis
procuravit, omnibusque veris Christianis promisit in ultimis
verbis vers. 23. Joh. XV. Laetor quod in Scripta
Poiretiana incideris, solida enim principia et eruditionis
et Theologiae continent, licet verba magis quam res

Saluta charo meo nomine D. Fikker.

Franckesche Stiftungen zu Halle

quaerentibus non arrideant, imbecillia tamen adversariorum ipsius judicia facile quis deteget, si ipsius defensionem libri de educatione liberorum contra ministerium Hamburgense inspexerit. Neq̃ video quomodo everti possit hoc funda-mentum, vanorum scriptorum humanorum farraginem non adeo conducere ad veram et salutarem cognitionem obtinendam, ~~quam~~ ac benignus summae sapientiae in-fluxus. Assensumq̃ mereri mihi videtur Arndius, qui in libro de Vero Christianismo, Cap. de creatione lucis asserit, neminem e tenebris feliciter se extricaturum nisi confugiat ad istam increatam lucem, quã animis nostris prospectum est, atq̃ ac corporib. creatã luce. In scriptis Edirchi fundamenta pro sperando florentis-simo Ecclesiae statu passim invenies, omnesq̃ Prophetae promissione ejusmodi felicitatis Prophetias suas concludere videntur. Memorabilia de hac re edidit mulier Septua-genaria Jane Lead, licet sperandum propediem per universum orbem Regnum Christi spirituale tantum in piis animis statuat. Tali stylo illa scribit ut morbo vel mendaci spiritu delusae fantasiae id tribuere sine temeritate quis non possit. Gratias ago, atq̃ conjuncti animi signum reputo, quod susceptorem me designaveris si Deus felicem partum uxori tuae largiatur. Concedat benignissimum numen utriq̃ vestrum in imminente, et quotquot vobis in hac miseriarum valle transigendi sunt, annis, ea, quae animis et corporibus vestris salutaria esse possunt. Valete. Dabam Islingtoni prope Londinum d. 19. Decemb. 1695

Quod Tibi commiseram subierim, lapis q. gallinae ovum pene aequans e vesica mea excretus sit, sine dubio e Dn. Patrus intellexisti, per Dei gratiam jam melius valeo, ac unquam praeteritis hiemis.